

1.

2.

3.

4.

5.

6.



1736

1. Brandis, Gottfrieds Leonhardus, coll. jur. pro cancella.
vni : Programma : De allegationibus, quae actio-
nem sequuntur ex reberi jure simulque solemnitas
in magistratu Christiani Thoms. Adalphi Fritzschei
in vni.
2. Bauerus, Joannes Gottfriedus : De recepta l. 15 in fin
de usuf. lectione : proprietatis dominus ne
quidem consentiente puctuario servitutum imponere
potest.
3. Fritzsche, Christianus Ehrenfried Adalphi : De repleta
libello inserenda.
4. Halderröder, Joannes Laurentius : De principio
interpretationis legum adaequatis
5. Hommelius, Ferdinandus Augustus : De hexta novella
in unum organario unificaturae
6. Hommelius, Ferdinandus Augustus : Demonstratio, quinque
juri in re species, quas vulgo tradunt, nec semper
tales, nec solas.

1736

7. Hommelrus, Ferdinand August: De senectute per
pactam constitutione. 14.0
8. Kestnerus, Abraham: 4 De usu astrorum p[er]natiuum
in duplum et quadruplum in foris Germaniae: sicut
que collegia sua aestiva in h[ab]itat. 15.0
9. Kestner, Abraham: 4 De leske Tudaes⁴ multique prolechio
mes suas hybernas in h[ab]itat. 16.0
10. Kestnerus, Abrahamus: De competentie beneficis ad d[omi]n[um]
Cetis competentie. 17.0
11. Kluex, Wolf Theodor Augustus: De amestie riae
lege obliuionis 18.0
12. Marche, Augustus Christianus: De introitus ce lege
Filia et Titia 19.0
13. Marche, Augustus Christianus: Specimen juris prudentie
Quis apostoli, quod rem tutelarem 20.0

1736.

14. Nozlerus, Laurentius . . . De usu atque praestantia
philosophiae in theologia, jurisprudentia, medicina
simulque recitationes suas privatas indicat
15. Nylus, Gustavus Henricus, fac. jur. pro cancellario:
Programma, quo et inanguralia solennia . . . Joannis
Laurentii Haldersiederii . . . iuritate.
16. Richter, Jo. Gorf. De tabulariis urbis Romae.
17. Rivinus, Andreas Florens: De lege Visellia occurrere
Lit. Pod. et l. Viselliam.
18. Rivinus, Joannes Florens l. b. s. p. d. (Programma, quo
et Disputationes publicas iuritate.)
19. Rivinus, Joannes Florens l. b. s. p. d. (Programma,
quo et Disputationes publicas iuritate)
20. Rivinus, Joannes Florens l. b. s. p. d. (Programma, quo
et Disputationes publicas iuritate.)
21. Rivinus, Jo. Florens, fac. jur. pro cancellario:
Programma, quo et solennia doctoralia Augusti Christiani
Marche iuritate.

1736.

22. Siegel, Fr. Gottlieb: De literis fendi reversalibus a nunci
lance investitis exhibitis
23. Siegel, Fr. Gottlieb: An hypotheca locata in fundo debi
fendali contrahatur?
24. Siegel, ^{Fr.} Gottlieb: De rerum hereditariarum usucapione
25. Stemmerus, Christophorum Gottschelff: De jurisjurandi secundum
disciplinam Hebraeorum.
26. Stolze, Ferdinandum Zebrecht: De poena concubitus a perso
nis per divortium solutio committi.
27. Thomanus, Traugott: An clerico secundum statuta
loci, ubi legit, succedatur?
28. Schulstaett, Ludovicum S. Ziffelias, Com. Vicecomites, et
De fendis ligiis
29. Volkhard, Carl. Ludov.: De historia decem viratus

17183.

Or. 57. 6

2736 8

DE

**VSV ACTIONVM
 POENALIVM IN DVPLVM ET
 QVADRVPLVM IN FORIS
 GERMANIAE
 DISSERIT**

AC

**GENEROSISSIMIS NOBILISSIMISQVE
 IVRIVM CVLTORIBVS
 COLLEGIA SVA**

PER SEMESTRE AESTIVVM HABENDA

INTIMAT

ABRAHAMVS KAESTNERVS

IV. I. D. ET PRACT. LIPS.

LIPSAE, LITTERIS GABRIELIS TROGII.





§. I.

Cerrimus alias censor omnium Romanorum scriptorum LAVRENTIVS VALLA Lib. III. *Elegant. in princ. de Pandectis Iustinianeis* tamen egregie sentit, dum scribit: *Se perlegisse quinquaginta Digestorum libros ex plerisque Ictorum voluminibus excerptos, relegisse libenter, & quadam cum admiratione, quod nescius virum diligentia, an gravitas, prudentia an aequitas, scientia an orationis dignitas praestet. Et, pergit, haec ipsa in vno*

quoque illorum ita sunt egregia & perfecta, ut vehementer dubites, quem cui praefereendum putes, & his nihil addi adimue posse videtur, tam eloquentiae, quam latinitatis & elegantiae, sine qua coeca omnis doctrina est, & illiberales praesertim in iure civili.

§. II.

Laudant igitur interpretes certatim, scientiam eloquentiam & prudentiam eorum, ex quorum operibus compilatum est ius Iustinianicum. De vno PAPINIANO, cuius saepe fit mentio in Pandectis, CVIACIVS Lib. I. *quaest. Papinian. in princ.* scribit: *Nemo vnus vnquam erit Papinianus.* Item alibi: *Papinianus omnium, qui sunt, qui erunt, quiq; fuerunt, iuris peritissimus.* Et FRANCISC. BALDVIN. *in Comment. ad Inst. prooem.* monet omnes, ut revereantur Dei prouidentiam, qui excitauit Iosephum in Aegypto, Danielem in Babylonia, Athenis Periclem, Romae Papinianum, ad conferendam humanam societatem & iustitiae splendorem.

§. III.

Audiant & legant haec Iuris ciuilibis osiores, qui maximis vituperiis atque calumniis IVSTINIANVM Imperatorem, omnesque illos, qui operam in conscribendo iure suo praestiterunt, temerario ausu onerant, illorumque ex optimis Ictorum antiquorum excerpta fusque deque habent, & nulla alia, nisi, vti opinantur, inutiliter & perperam posita in Iure ciuili inueniunt. Longe ab horum quisquiliis recedit AVGVSTINVS, Tr. 6. *in Ioh. Tolle*, inquit, *ius ciuile, & quis dices: haec villa mea est?*

§. IV.

Facebant autem Iuris ciuilibis inimici, & proferant contra hoc, quaecun- que velint; omnes tamen confiteri tenentur *Ius ciuile* in Imperio nostro Rom. German. in subsidium receptum esse. Vtrum vero de huius iuris receptione expressa constat, an tantum tacite illa probetur, inquirere non vacat.

vacat. Interim hac de re videri potest PETR. SCHVLZE de confirmatione, cap. II. § 9. p. m. 26. seq. Mihi sufficit esse receptum, & secundum illud pronunciarī. Vnicam autem hac vice paulo latius in vestigabo quaestionem: *Vtrum etiam actiones poenales, in duplum & quadruplum in foris Germaniae simul pro receptis sint habendae?*

§. V.

Trita quidem & iam diu a tot tantisque Viris eruditissimis agitata videtur quaestio, id quod negare non possum. Sicut vero omnes qui hac de re orbi literato aliquid reliquerunt, suam exposuerunt sententiam, mihi nemo vitio vertet, si, qualis mea sit, breuissimis proferam.

§. VI.

Vsum actionum poenaliū in duplum & quadruplum cessare, adserunt CYPRIAN. REGNERVS ab Oosterga, in censura Belgica ad L. I. de calumn. in cuius sententiam transit etiam GROENEW. de LL. abrog. & huic ad sentit GVDDELINVS de iure nouissimo L. III. c. 12. item WISENB. Vol. II. disp. 29. th. 12. Cum his vero, tanquam exteris ICTis negotium nullum mihi esto. Vt enim taceam, his saltem credendum esse si de locorum consuetudinibus & moribus, vbi iura tradunt, controuersia moueatur: Ita GROENWEGEN saepe nullam adfertorum suorum adfert rationem, & in Tract. de LL. abrogat. vel ipsi tantum fides habenda, quia dicit hanc vel illam legem abrogatam esse, vel, id quod multi diu obseruarunt. Gallorum ICTorum, quos saepe exseripit opinionem sequitur. v. plures adhuc alios externos ICTos, quos citat STRYCK. in disc. prael. ad V. M. §. vlt. vbi tandem concludit: *Germani sanctiore vinculo ad iuris Romani obseruantiam adstringuntur, vnde iurium abrogatio non aequa facilitate ipsis admittenda.*

§. VII.

Inter Germanos ICTos, qui vsum actionum poenaliū non admittere videntur, adducunt 1) STRVVIVM Exercit. 46. th. 20. vbi scribit: *hodiernis moribus actiones istiusmodi in duplum, triplum & quadruplum, non obtinent, vti locis conuenientibus dictum est:* 2) PAVLVM VOET. in Comment. ad Instit. de act. §. 17. & 18. p. 74 r. ibi: *Poenales priuatorum actiones moribus non obtinere, relicta cuique facultate petendi, quod ipse abest, fisco poenam in publicam vindictam tendentem, persequente, scribunt Pragmatici.* 3) SCHVLZIVM, in Synopsi Instit. ad tit. de act. lit. p. ibi: *Hodie huiusmodi actiones poenales in usu fere esse deserunt, aliaeue arbitrarie etiam corporales instigi possunt, p. m. 537.* 4) NORICVM ad §. 17. & 18. Inst. de act. conf. LVDOVICI in praefat. ad Const. Crim. operose & ex instituto hac de re egit THOMASIVS de usu actionum poenaliū iuris Romani

in foris Germaniae, qui Cap. II. §. vii. in fine fatetur: Actiones poenales Iuris Romani regulariter hodie moribus Germaniae in usu non esse.

§. VIII.

Institui ratio, ut dictorum Doctorum adferri remoueantur, non patitur, nec etiam opus videtur, cum id ab aliis praestantissimis Iuris Germaniae iam sit factum; a quibus optima sane ratione usus actionum poenaliu[m], non saltem adferitur, sed etiam sententiis collegiorum Iuridicorum corroboratur. Audiamus BERGERVM in *Tr. de usu actionum rei persecutoriarum & poenaliu[m]*, qui in praefatione dicti *Tract.* hunc in modum scribit: *In primis autem id operam dedi, ut usum actionum poenaliu[m], quem non pauci speciose negant, adferrem pariter ac vindicarem Publice interest id fieri: cum, ut ingrauescens morum malitia reprimatur, tum solatium lege constitutum, is, qui ex alterius delicto se temere laesos esse, queruntur, permittatur.*

§. IX.

Nec solus, nec vnicus est BERGERVS hoc adferens, sed multi non infirmi subfelli Iuris Germaniae, ex quibus vnus atque alterum, vti forte in mentem veniunt adducam. Tyronibus iuris constat, *actionem de calumniatoribus esse poenalem, & ad quadruplum tendere.* Vltim[us] vero huius actionis adferit BRVNNEM. *ad l. f. de Calum.* his verbis: *sane raro ex hoc edicto agitur: si tamen agatur, non possit denegari actio; cui non dubitat accedere eximius Germaniae Iuris SCHILTER. Ex. 10. th. 71. p. m. 229.* item ENGELBR. *ad π. de Calum. th. vii.* quia ratio dari nequit, cur hodie calumnia, cuius tamen aequae laeta, quam olim, seges est, mitius puniri. quam olim debeat. *Conf. omn. de hac actione illustr. LEYSER, Specim. ad π. LVI. med. 1. & 2. p. m. 609.*

§. X.

Actionem furti ciuilem, ad duplum vel quadruplum consequendum, recte etiam in nostris foris institui, nullus dubito, id quod etiam satis apparet ex ipsa *Ord. Crim. art. 157 & 158.* modo obserues, duplum tale quod de iure ciuili est mere poenale, v. §. 19. *l. de Obl. quae ex del.* hodie esse mixtum reiue restitutionem in se continere, *ob verba dict. Const. art. 157. ibi: den Diebstahl wieder geben, oder noch einfach den Werth in bezahlen.* Nec desunt praecudicia hanc esse institutam. Sic enim BRVNNEM. *ad l. 5. §. 8. ff. commod. n. 17.* testatur in genere, se scire SAEPIVS ita actum esse, & in specie ibidem exemplum de perfido quodam opilione adducit. Vltimus idem BRVNNEM. *ad l. 10. ff. de furt. in fin.* casum refert vbi a *Fac. Iur. Francos.* alicui, qui vina pignori data, euacuauerat, poena furti ciuilis dictata fuit, *Mense Octobr. 1659.* quale praecudicium recenset etiam STRYCK.

STRYCK in *V. M. ad Tit. de furt. §. 1. Et a Dominis Scabin. Lips.* poenam quadrupli injunctam esse, patet ex BERL. *P. I. Concl. 43 n. 2.* vbi verba sententiae hanc in modum leguntur: haben die weene, so gefänglich enthalten worden etc. Wo nun N. seine Forderung gegen N. N. bürgerlich (i. e. civiliter) thun, und vornehmen würde, so seyad sie schuldig beyde sämtlich ihm solch verlegnet Geld, vierfächrig zu erstatten und wieder zu geben.

§. XI.

Non vero tantum in puncto furti ad quadruplum & duplum pronunciat, sed etiam in aliis casibus, vbi iure civili poena dupli statuta deprehenditur. Ita in actione serui corrupti *M. Maji An. 1678.* poenam dupli dicituront *ICci Francofurt.* teste HOPP. in *V. M. ad §. 23. de Action. conf. BRUNNEM. de delict. serui alteriusve hominis corrupti c. II. §. 5.* Et eandem poenam seruari vtu fori, testatur MAEVIVS *ad lus Lubec. P. IV. tit. 12. a. 1. n. 20.* Imo, quia iuris civilis dispositio circa dupli poenam aequitati naturali minime repugnat, & nulla sufficiens ratio adduci potest, cur hodie mitius cum delinquentibus sit procedendum, quam iure Romano praescriptum, in multis locis per expressas sanctiones dupli poena confirmata, vti de casu depositi miserabilis, vbi his inficiando crescit in duplum, expresse dispositum in *Iur. Prouinc. Würtemb. P. II. tit. 3. §. vlt. Iur. Culm. Lib. IV. tit. 3. cap. 3. Reformat. Noriberg. Lib. V. tit. 15. Statut. Hamburg. P. II. tit. 3. §. 17. & Reformat. Francof. P. II. tit. 2. §. 10. conf. GHESEBERT. in peric. 4. Statut. 125. n. 39. & in Iustinian. Harm. ad §. 22. Inst. de act.*

§. XII.

Quae dicta sunt de actione furti, sine dubio etiam procedunt in actione de rapina; Nam hoc casu civilem quoque actionem ad quadruplum institui posse, mihi persuasum habeo, & interdum pro temporum, personarum iudiciorumque circumstantiis, consultius faciliusque esse, contra raptorem civiliter potius, quam criminaliter agere, multi statuunt. v. SCHILT. *Ex. 49. th. 23.* quam ob rem SVENDENDORF. *de act. c. 3. membr. 26.* libellum actionis vi bonorum raptorum, in quadruplum formare nullus dubitauit. Quamuis autem haec actio in quadruplum non adeo saepe instituat, atamen abrogata dici nequit, nec in Saxonia, *a l. 41. de O. & A. i. L. R. L. 3. a. 43. 47.* vti pronunciauit *Fac. Iur. Lips. M. Iun. 1704.* teste MENCK. in *Th. & Pr. Pand. Tit. vi bonor. raptor. §. 3. p. m. 1467.*

§. XIII.

De actione, quod metus causa, quae etiam ad quadruplum tendit, v. BERGERVS in *Oeconom. iur. edit. nou. p. 889.* vbi simul sequentem casum adducit: Cum igitur, inquit, raro exemplo, vno libello actor petiisset, reum in quadruplum condemnari, non dubitauit *F. V. quin secundum intentionem*

actoris, eamque satis probatam, respondendum esset, in causa Carl Friedrichs Gottfried S. contr. Hannß Christian von W. ad interrogationem Regimini Magdeburgici, M. Jun. 1710. Daß Beklagter das libellirte Spiel-Geld derer 3000. Rthl. nebst dem Interesse morae und denen Unkosten, in vier wöchentl. Frist Rägern hinwieder zu erstatten, in Verbleibung dessen aber annoch das zu Recht disfalls loco poenae geordnete Triplum, demnach zusammen 12000. Thlr. Capital, samt dem von Zeit derer an ihn gezahlten Interesse, wie nicht weniger denen anderweit aufgewendeten Unkosten, demselben zu entrichten schuldig.

§. XIII.

Quis denique ignorat, si alicui damnum datum sit effundendo in re aestimabili, aduersus inhabitatorem, ex cuius aedibus quid effusum, iure ciuili actionem ad duplum consequendum laeso concedi, v. §. 1. *Instit. de Obl. quae quasi ex del.* quoniam inhabitator non cauit, ne tale quid a familia vel alius, quos recepit, fieret, v. l. 1. §. 9. l. 6. §. 2. *de his, qui effud.* Sane, cum haec ratio iure hodierno nullo modo cesset, & inter statum Reipublicae Romanae, & statum modernum, quod pertinet ad dictam actionem, nullum intercedit discrimen, nemo inficias ire poterit, si agatur *ad duplum damni dati restituendum*, a Collegiis ICtorum, secundum petitum, pronuncian- dum, & diu pronunciatum esse. Fecerunt hoc, in *actione de effusis ICti Tubing. An. 1708. ad Dicasterium Regium Boruss. referente GRASSIO, in collect. iur. ciuil. Rom. cum Recess. Imper. Rom. German. Sect. 13 p. m. 689.* Fecerunt hoc *Domini Scabini Lipsienses* in causa *D. I. G. W. contra L. teste BOEHMER. de exceptione metus iniusti, c. 11. §. 14.* nec hucusque *laudati Domini Scabini* mutarunt sententiam suam, sed nouissime, vbi *actio de effusis ob damnum in re aestimabili* datum, ad duplum restituendum, erat instituta, *M. Iulii 1735. in causa D. A. F. S. contra L. C. B.* sequentem in modum responderunt: Diemeil Beklagter, daß er den *fol. 22. b. seqq.* ihm zuertannten, und *fol. 36.* abgefaßten Reinigungs-Epd zu leisten nicht gemeget, *fol. 37. b. seq.* sich erkläret, so ist er, wenn zuörderst Kläger den Betrag des ihm durch das libellirte Ausgießen, an den Mantel und Hut, ingleichen an der *Peruque.* wüercklich zugezogenen Schadens, vermittelst Eydes angezaget, demselben solch epblich erhärtetes Quantum gedoppelt zu ersitzen schuldig. Beydersits aufgewendete Unkosten sind aus bewegenden Ursachen gegen einander zu compensiren und aufzuheben.

Praestito deinde ab actore iuramento:

Ich D. A. F. S. schwere, daß durch das libellirte Ausgießen aus Beklagters Hause, mir an meinem Mantel und Huth, desgleichen an der *Peruque* wenigstens 9. Thl. Schade geschehen. So wahr ic. Reus 1 s. *thal.* deponerat in iudicium, quos actor, tanquam *duplum damni dati* accipiebat.

§. XV.

§. XV.

Ex adductis satis opinor constat, actiones Romanorum in duplum & quadruplum in foris Germaniae nullatenus cessare. Frustra obiicitur hoc a multis statui; Certe enim, si numerare velis *negantes*, plures, qui adfirmant, deprehendes. Multo minus ad auctoritatem vnus atque alterius excellenter etiam docti, prouocandum, cum nunquam videndum quis quid dicat, sed quid dicat. Et sane, si etiam magnae eruditionis viri vsum actionum in duplum & quadruplum negent, certe edecumatae auctoritatis Icti adfirmatiuae accedere non erubescunt, quos longa serie recenter GRASSIVS *c. l. p. 687. seq.* quia igitur cuilibet norum, saepe etiam priuata auctoritate a legum norma temere, aut saltem nouitatis amore recedi, hinc nec auctoritati alicuius nec etiam numero adfirmantium vel negantium credendum, nisi dicti sui sufficientem rationem reddere possint. Cum vero certo certius sit Leges Romanas, quatenus statui nostro applicari possunt, iis in casibus, vbi iure patrio nil dispositum deprehenditur, in subsidium esse receptas, & valere eas tamdiu, donec vel noua lege tollantur, vel contraria & constanti consuetudine abrogentur, ab opinione, receptas etiam esse actiones poenales in duplum & quadruplum, me abduci non patior. Errant, qui dicunt receptionem harum actionum probandam esse, cum vniuersum ius civile, secundum modum adductum, sit receptum, ergo etiam hae actiones. Leges itaque semper loqui praesumuntur, nisi contrarium probetur. *v. l. 27. C. de Testam.* Quod vero vnus atque alter in eiusmodi casibus iure communi non sit vsus, non pariet illi praesudicium, qui iure communi uti capit. Negligentia enim alteri nocere nequit, nisi qui a negligente causam habet, vt propterea sufficiat pro obseruantia iuris, in foro contra actionem in duplum & quadruplum non pronunciarum. *vid. BRVNNEM. ad l. 9. n. 20. ff. quod met. causa.* Solus quippe non vsus, non sufficit ad legem obliterandam, vbi vel occasio vtendi defuit, vel imperitia fortassis & negligentia aduocatorum, qui profecto iura peruertere non possunt, cauti fuit quod petitur ad duplum vel quadruplum non sit formatum; Hinc HOPPIVS *ad c. §. 23. de act. Caeterum,* scribit, *quod hodie rarius ad duplum agatur, aut dupli poena dicitur, id vel ideo fit,* quia actores non petunt duplum, *vel quia homines perfidi plerumque pauperes esse solent, vel denique quia iudex ius ignorat.* *vid. BRVNNEM. ad l. 1. §. 1. ff. de pos.* Firma itaque manet sententia, vsum actionum poenaliu ciuiliu in duplum & quadruplum, e foris Germaniae simpliciter aut in vniuersum nondum esse praescriptum & eliminatum: nec esse repellendos, qui iis agere intendunt, quamdiu vel vsus contrarius vel nouiora statuta aliud non induxere; vide plura pro hac sententia in BOEHMERI *Diff. de exceptione*

metus

metus iniusti, cap. 2. §. 14. & 15. conf. Arthur. DVCK de usu & Auth. Iur. civilis c. 2. §. 10. p. m. 167.

§. XVI.

Longius excurrere nec chartae angustia permittit, nec instituti ratio exigit; haec enim, more hucusque a me obseruato, praefari libuit. Restat autem, vt paucis etiam non displicebit, sum habiturus, indicem, quae sunt sequentia.

- I. ELABORATIO-PRACTICVM, in quo singula membra scripta, quae a parte Actoris, Rei, Actuarii &c. requirantur proprio Marte conficiunt, & modus procedendi in prima & secunda Instantia fideliter demonstratur, diebus C. & 2. & 3. inchoabo. Hora VII - VIII.
- II. PANDECTALE, quod nuper finivi, iterum iuxta Ludouici doctrinam Pandectarum praeelegam. Hora VIII - IX.
- III. INSTITVTIONALE, in ipsum Institutionum Imperialium textum, adhibita, vt diu feci, Synopsis Menckiana, de nouo exordiar. Hora X - XI.
- IV. IVS FEVDALE, ex Stryckii Exam. Iur. Feud. explicabo. Hora II - III.
- V. IVS CAMBIALE, iuxta propria praeepta, quae ad describendum communicantur, tradam. Hora III - IV.
- VI. PRAEPARATORIO-PRACTICVM, iuxta delineationem Processus a me editam, denno aperiam, diebus 3 & 5. Hora IX - X.
- VII. EXAMINATORIVM, die 5. & DISPVTATORIVM, die 8. continuabo. Hora XI - XII.
- VIII. In usum omnium Iuris, Theologiae & Medicinae Studioforum ORDINATIONEM MATRIMONIALEM explicare mihi proposui. Occasione huius enim de vtilissimis & in vita communi quotidie occurrentibus materiis agam. Solide quippe de computatione Graduum, de Sponsalibus, diuortii, repudiis, stupris, adulteriis, haereditatibus, testamentis, exhaereditationibus, tutelis, aliisque materiis adhibitis fundamenta exponam, vt vnusquisque horum omnium genuinum conceptum sibi formare, ac deinde, data occasione, in usum proprium proximique adplicare queat. Recensebo etiam de quavis materia auctores optimos, quos ad perlustrandum, vti etiam quaedam, quae discursui inferuire debent, ad describendum communicabo. Hora huic labori destinata est, II - III. diebus 3 & 5.

Initium dictorum Collegiorum, finitibus instantibus nundinis scilicet die VII. Maii sum facturus, singula vero, solis Pandectis exceptis, assistente Numine immortalis, per semestre aestiuum absolueri decreui. Gratum mihi erit si illi, qui de methodo mecum communicare cupiunt, me adire non dedignantur, ad quaecumque enim humanitatis officia semper paratissimum me inuenient. Faxit interim Deus, T. O. M. vt omnia feliciter eueniant. Dabam Lipsiae e Musaeo Dom. Quasimod. A. R. S. cl. S. 1666 xxxvi.

Leipzig, Diss., 1736

ULB Halle

3

004 824 970




f

TA → OL nur 1 Stück an







B.I.G.

Farbkarte #13

62. 57. 4
7736, 8

DE
ACTIONVM
IVM IN DVPLVM ET
RVPLVM IN FORIS
GERMANIAE
DISSERIT
AC
ISSIMIS NOBILISSIMISQVE
VM CVLTORIBVS
OLLEGIA SVA
ESTRE AESTIVVM HABENDA
INTIMAT
AMVS KAESTNERVS
I. D. ET PRACT. LIPS.

LITTERIS GABRIELIS TROGII.

